

LECTORIS.

Quoniam locus ille Fernelii, lib. 2. de Abditis rerum
aussis cap. 18 de auri semine eruendo, huius compli-
landæ Harmoniæ præ ipsam occasionem præbuit, hæc
abs re facturus mihi visus sum, si hunc integrum hic ex-
scriberem, illique, ne alias aliquot pagellæ vacarent, tu-
num aut alterum enigma subnecterem. quod æqui be-
niquæ consulas vel. m. Vale.

Fernelius.

Lapis Philosophicus, Elixir Arabibus, gignendi propaga-
diq; auri verum semen, non è sulphure, non ex arg. vivo
non ex ullo cæterorum quæ multi fraude proponunt
sed solo ex auro eoq; purissimo querendus vestigandusq; e-

*Hordea cui co-di, demum seris hordea, ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia, in auro
Semina sunt auri, quamvis abstrusa recedant
Longius, & multo nobis quaerenda labore.*

Nihil est in ulla naturæ parte quod non in se generis sui semine
contineat, sed quod vix possit arte prolici. Ex solo autem
auro potest. Maxima vis seminis in oleo quodam inhæret
atque id quidem in cæteris inflammari cremariq; igne so-
let, in auro autem non potest. qua ex causa id nullius ignis
ardore torreri absumive potest, & omnem artis vim tolera-

*---- Vni quoniam nil de perit auro
Igne, velut sol, in consumit nulla vetustas,
Ac neque rubigo aut ærugo conficit ulla,
Cuncta adeo firmis illic compagibus hærent.*

Fœcundum autem id semen sic eruito: Auri purissimi uncias
duas, argenti vivi magno artis studio præparati decuplo pe-
misce, igneq; languido dissolve, dum arg. vivum prorsus ex-
piret, pristinumq; auri pondus subsideat in atrum pulverem
reductum, qui tamen liquatus possit in propriam auri naturam
redire. Ex hoc dein pulvere igne acerrimo vaporari, aqua
continenter elicies, dum pulvis totus in cinerem candidissi-
mum, & in calcem devergat, Calcem septies aqua resperge
quæ & toties expiratione inde prolecta sit: omniq; arte el-
bora ut hæc impulsione & incurfione crebra sese extenuent
& ab omni sordē fecēque purissima reddant, vires summas
consequuta. Hæc duo sunt totius artis operisque conficiendi
primordia, in quibus mundi quatuor elementa devinciuntur.

Nat